

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Speculum Quaestionum moralium, in universam Aristotelis philosophi summi Ethicen

Case, John

Francofurtum, 1597

VD16 C 1242

Cap. VI. - An amicitia absoluta sit solùm inter duos? [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109038)

Opp.

Locorum interualla proprium amicitia tollūt: ergo ipsam amicitiam. Antecedens probatur. quia locorum interualla vitae societatem & communionē tollunt, sed nihil est tam proprium (vt ait philosophus in textu) amicitia quā vitae societas & communio.

Resp.

Tollunt externum officium & actionem, non habitum & essentiam, vt diximus: nam sic loquitur Arist. Amici qui loco separātur, ita sunt affecti animo, vt proprio amicorum munere fungantur: & iterum locorū interualla funditus non tollunt amicitiam, sed officia & actionem.

Opp. contra secundam quaest.

In omni sene est defectio spirituum & excessus melancholiae quae tristem & morosam naturam reddunt: ergo omnes senes sunt minus apti ad amicitiam.

Resp.

Hec tristem & morosam senem naturalem reddūt, non autem moralem, qui studio virtutis & sapientiae defectum naturae moderatur.

CAP. VI.

An amicitia absoluta fit solum inter duos?

An amicitia propter iucundū suscepta sit similior vera quā quae propter vile colitur?

An reges sumiq; viri perfectos amicos habeant?

IN aditu istius capituli, vt antea seueri & senes difficiles ab amicorum coetu excludun-

ploduntur, inq; scenam illorum loco le-
 ues & ventosi adolescentes quasi nimis
 prompti ad amorem admittuntur, ad a-
 morem dico quia voluptatis aut utilita-
 tis causa suscepta benignitas, poti⁹ amor
 qua^m amicitia dici ac definiri debet. Post
 hunc ingressum sequitur alia conclusio,
 nempe quod perfecta amicitia sit tantum
 inter duos, Rationem addit philosophus
 quia hoc genus amicitiae est in summo
 gradu amoris, qui non cum multis sed cum
 vno intercedere videtur. Huc addi potest
 quod ad perfectam amicitiam diurnita-
 tas temporis, experientia rerum, morum,
 similitudo, summa virtutum consensus
 & conspiratio requirantur: quae omnia
 raro aut nunquam contingunt pluribus,
 raro igitur aut nunquam est vera amici-
 tia inter multos; bene uolos multos mul-
 tis esse concedo; perfecte amicos non a-
 gnosco. Postremo arcanam meriscui com-
 mittas vide, cui dico non quibus. Nam v-
 nus amice tacet, sed plures effluunt & ef-
 fundunt omnia. At dices reges, impera-
 tores, summiq; viri habent multos ami-
 cos: Alexander quidem multos Aristip-
 pos

Amicitia
 perfecta est
 tantum inter
 duos.

Pluribus pro-
 batur non ef-
 se inter plu-
 res veram a-
 micitiam.

pos sed vnum Callisthenem, vnum Clitum habuit. Respōdeo igitur cum Arist. quod reges plerumque disunctis amicis disparibusq; vruntur, si dignitatem; paribus vero, si ipsam virtutem spectes. Attende ergo quid sibi velint philosophi in hac thesi, hoc nimirum si tantum superetur princeps virtute ab excellēti viro, quantum vir ille dignitate superatur à rege, tum inter regem & illum fieri potest proportio, adeoq; vera & perfecta amicitia. Amicitia enim vt iustitia commutans non personam & dignitatem, sed rem subiectam & virtutem respicit. Postrema dubitatio (An amicitia propter delectabile similior sit veræ amicitia, quàm quæ propter vtile appetitur) vno verbo in textu conclusa est & demonstrata. nempe quòd humana natura magis indigeat, diutiusq; conseruetur delectatione quàm rerū copia, quodq; beati solatium magis quàm vtilitatem desiderent & aucupentur. Est ergo amicitia delectationis causa suscepta similior veræ amicitia, quàm quæstiosa illa quæ sublata spe habendi tollitur & deletur.

Pares
Dignitate,
Virtute.

Amicitia
virtutem
hominis
respicit, non
dignitatem.

Distino

Distinctio prima questionis.

Amicitia perfecta est solum inter duos, quia

Excellens gradus amoris non in multos, sed in vnum transit.
 Impossibile est perfecte placere multis diu propter diuersitatem morum.
 Periculosum multis communicare consilium, vni vero fidelitutum.
 Similitudo morum, vt sit idem velle idemque nolle, rarissime multis contingit.
 Relatio est inter amantem & amicum, qui sunt tantum duo.

Opp.

Omne bonum quo communius eo melius: sed amicitia est bonum: ergo quo communior est amicitia eo melior, & proinde non ad duos solum sed ad plures vis eiusdem diffunderetur.

Resp.

Conceditur consequentia in eo sensu, quod optatum sit vt multi amici fiant: sed an natura huius vel illius boni patiatur hoc modo diffundi, questio est: nos quidem negamus relationem pluribus quam relato & correlato, amicitiam pluribus quam amanti & amato conuenire.

Opp.

Omnis studiosus virtutis perfecte amari debet, sed multi sunt vere studiosi virtutis: ergo multi perfecte possunt amari, & ex consequenti multi possunt esse veri amici.

Resp.

Resp.

Amicitia perfecta ab interpretibus duo ponuntur gradus,

Summus, qui est per excellentiam amoris ab vno ad alterum, & sic est tantum inter duos.
 Medius, qui extendi potest ad plures, & sic multi studiosi possunt esse perfecti amici, non in summo sed in medio gradu amicitiae

Opp.

Medius gradus amicitiae, qui est inter plures, est perfectus: ergo perfecta amicitia potest esse inter plures, quod est contra Arist.

Resp.

Vt liberalitas est perfecta virtus, quam tamen multis gradibus excellit magnificētia: ita est perfecta amicitia inter plures studiosos, quae longè superatur ab hac quae inter duos ponitur: haec enim est ipsa excellentia, summusque gradus huius virtutis, quem in omni virtute ponit philosophus 7. Ethicorum: verbi causa, si quis sit insigniter liberalis, magnificus, si quis sit insigniter doctus, sapiens, si quis insigniter alium propter virtutem diligat, verè amicus dicitur, at talis amicitia non ad plures, sed ad vnum solū, ut interpretes aiunt, diffunditur.

Distinctio secundae quaestionis.

Summus confidatur, vel quoad

Gradum auctoritatis, & sic quia est perfecta civitatis nemo ei adequatur, neque hoc respectu absolute amicus dicitur.
 Habitum vsusque virtutis, & sic inter regem & consulem potest esse proportio & amicitia.

Opp.

Opp.

Aequalitas & proportio requiritur inter amicos, sed inter regem & subditum nulla est proportio: ergo nulla est perfecta amicitia.

Resp.

Proportio vir-
tutis.

Est proportio virtutis non dignitatis, amoris non questus, morum non rerum externarum, quae ad perfectam amicitiam non requiruntur.

Distinctio tertiæ.

Amicitia propter
delectabile est
similior vera a-
micitia.

Quia natura delectabili potius
quàm vtili conseruatur.
Quia beatus magis iucundis ami-
cis quàm vtilibus indigeat.
Quia certior & diuturnior est dele-
ctatio quàm rerum affluentia.

Opp.

Voluptas maximè oppeditur virtuti. i. Ethicorum; ergo amicitia propter voluptatem suscepta nō est similior vera.

Resp.

Voluptas illa: scilicet haec non intelligitur, sed ea quae in communi vsu vitæ humanae requiritur.

CAP. VII.

An sit amicitia patris cum filio, viri cum uxore, principis cum subdito?

An hæc amicitia specie differant?

Secunda pars
huius libri

HAEC est secunda pars huius libri, in qua philosophus incipit disputare de vas